

I 2 W

L 6 0 5

✓ 00/5

ark. m. 396.

Gesner, Sal. Belg. disputationes

—(40) Hoe, M.

K. IV. 31.

Rupertus Niesnig acceptil  
Jacobo Tappio.

confit. 1. 13. 7.



20361

*Divini aspirante gratia,*

PRO SECUNDA  
PARTE EXAMINIS CON-  
CILII TRIDENTINI REVEREN-  
DI ET CLARISSIMI VIRI, DN. D.

MARTINI CHEMNITII

DISPUTATIO SECUNDA  
continens tria capita;

- I. De statu controversie presentis disputationis.  
II. De Necessitate Sacramentorum.  
III. De Vsu & efficacia Sacramentorum.

Quam Executiendam

Sub Presidio

SALOMONIS GESNERI,

ss. Theol. D. & Profess. in Academia Witeb.  
publ. proponit ad 18. Ianuar. in Tem-  
plo Arcis Electoral.

M. IOACHIMVS BERINGIVS,  
Sund. P.

WITEBERGÆ  
Typis Meisnerianis, Anno 1603.



MAGNIFICIS, AMPLIS,  
SIMIS, CLARISSIMIS, EXL-  
MIA PIETATE, GENERIS, SPLENDOD-  
re, præclarâ eruditione, integritatisq; laude præstan-  
tissimis, prudentissimisq;  
VIRIS,

Dn. GOTHARDO ab HOVELEN.

Dn. IACOBO BORDINGIO I.V.D. Inclyta  
Lubecensium Reipub. Consulibus meritiss.

Dn. MARTINO NORDANO I.V.D. ac Syndico  
ejusdem Reipub. digniss.

NEC NON

Reverendâ dignitate, excellenti doctrinâ & Zelo  
Clarissimis VIRIS

Dn. HENRICO MENNIO

Dn. M. MARTINO GLAMBECIO

Dn. M. HERMANNO LEIPSTORPIO.

Dn. M. NICOLAO STINTIO

Dn. GEORGIO SCHERNHAGIO

Dn. M. PETRO DREIERO. Ecclesiae Lubecensis:  
Pastoribus ac Verbi divini ministris fideliss.  
ac vigilantiss.

Dominis Patronis ac Mecænatibus suis omni pietatis  
& observantiae studio Colendis,

Positiones hasce Theologicas veram ac sanam Theologiam redolentes,  
felicissimis hisce novi anni auspicijs, strenue loco, in meritæ debitæ  
gratitudinis, observantiae et amoris munus uerum perpetuum,  
eâ qua par est animi reverentia, offerre ac nū-  
mepare voluit, ac debuit,

M. Ioachimus Beringius S.P.



CAPVT I.  
DE STATV CONTRO-  
versiæ.

## POSITIO I.



Vn in praecedente Disputatione Examens  
Erium Priorum huius secundæ partis  
Examiniis Concilij Tridentini decretorū,  
sit institutum; ordinis ratio postulat, ut, se-  
cuti vestigia R. & Clariss. Viri D. D.  
Chemnicij, quartum decretum sessionis  
septimæ excutiamus.

## II.

Verum cum eius συζητήσεως, quæ in hoc quarto decreto  
proponitur, vera enodatio, atq; enucleatio dari non posset,  
nisi prius nos ex multiplicibus illis & varijs insidijs, que in  
singulis penè verbis huius Canonis latent, extricemus atq;  
evolvamus: Idcirco antequam metam certam figamus,  
certumq; questionis statum, ad quem tela deinceps cūcta di-  
rigenda, ponamus; operam dabitur, ut quō, in composi-  
tione huius decreti patres Tridentini artificio, quō stra-  
tagemate, quibus σοφίσμασ & imposturis, vñ si sint, de-  
regatur.

## III.

Primò enim επισλοp fovent ac querunt in eo, quod, licet  
indifferenter de omnibus suis Sacramentis pronuncient, esse  
ea ad salutem necessaria: in fine tamen hanc adiiciunt li-  
mitationem, ( licet omnia singulis necessaria non sint ) quod  
dunt taxat de Sacramento ordinis & conjugij intellectum  
volunt.: Reliquos vero ritus, ut confirmationis, extre-  
maeunctionis &c. volunt esse Sacra mentia omnibus ad salu-  
sem necessaria.

A 2

Deinde

## IV.

Deinde sicutum vendunt simplicioribus quoque in eo, quod necessitatem Sacramentorum opponant Iustificationi per solam fidem, quidque ob hanc sententiam omnes doctrina Augustanae Confessionis addictos, anathematis fulmine ferire non perhorrescant. Cum tamen nemo sanus Lutheranorum, Iustificationem per solam fidem ita unquam intellexerit, ut eam opposuerit, aut gratiae Dei, aut merito Christi, aut ministerio verbi & Sacramentorum.

## V.

Imò hac est constans atque immota nostrarum Ecclesiarum Confessio, quod fides in justificatione, querat, apprehendat, & accipiat gratiam Dei, propter meritum Filii mediatoris, & quidem quod hanc querat & accipiat in ministerio Verbi & Sacramentorum. Non igitur à Iustificatione excluditur gratia Dei, non meritum Christi, non usus Sacramentorum.

## VI.

Objicit autem Robertus Bellarminus lib. I. de Sacr. in gen. c. 22. fol. 125. sententias B. Lutheri, quibus evincere conatur, illum à salutis negotio Sacraenta exclusisse, atque ita fidem Iustificantem Sacramentis χωρίσμως, opposuisse, ut in lib. de capt. Babyl. c. de Baptismo, cum inquit: Baptismus neininem Iustificat, nec ulli prodest, sed fides in verbum promissionis &c. Et in assert: artic: Nos dicimus, inquit, nec Novi, nec Veteris Testamenti Sacraenta, sed solum fidem Iustificasse.

## VII.

Sed expedita est responsio: Pugnat Lutherus locis indicatis, contra ipsum Scholasticorum dogma, qui opinabantur: Sacraenta Nova legis (quo nomine Evangelium, Novumq; Testamentum intelligunt) conferre gratiam ex opere operato propter solam usurpationem, etiam sine bono motu utentis factam: dummodo obex non ponatur, hoc est, (ut ex tenebris illis nos aliquatenus extricemus) peccati mortalis proposum in animo non haret.

Hacce



## VIII.

Hæcse quisquiliæ expurgans Lutherus, constanter docuit: Sacramenta nequaquam modo illo pontificio justificare, aut gratiam conferre, & sic consequenter, neque etiam Baptismum ob dignitatem operis quenquam justum & salvum facere. Nam Baptismus nos servat, non quatenus est ablutio sordium Carnis, hoc est, opus, ut Papistæ loquuntur, operatum: Sed quatenus est stipulatio conscientia cum Deo, quæ sit perfidem in Christum, I. Petr. 3. v. 21.

## IX.

Et hanc quidem doctrinam D. Lutherus non è cisternis humanarū traditionū, sed ex fonte Israëlis limpidissimo, Christi videlicet institutione haust; Sic n. in libro de Captivitate Babylonica scribit: primū itaq. in Baptismo observanda est divina promissio, quæ dicit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Marc. 16. Quæ promissio preferenda est incomparabiliter universis pompis operum, votorum, religionum, & quicquid humanitus est introductum. Nam in hac pendet universa salus nostra, sic autem est observanda, ut fidem exerceamus in ea, prorsus nō dubitantes, nos esse salvos, postquam sumus baptizati. Nam nisi hæc adsit, aut paretur fides, nihil prodest Baptismus, imò obest, non solum tum cum suscipitur, sed toto post tempore vita. Incredulitas enim ejusmodi mendacem arguit promissionem divinam, quod est summum omnium peccatorum.

## X.

Ac ut beati Lutheri mens rectius intelligatur, & fraus Jesuitica plenius deprehendatur, opera precium est, nos ista quoque ejusdem ex eodem libro verba adscribere, e quibus Scholasticorum dogma, ejusdemq. refutatio plenissime colligi potest. Sic enim Lutherus: Et hinc impulsu tantū tribuere Sacramentis novæ legis, ut prodeſſe ea statuerent, etiam ipsis, qui in peccatis mortalibus sunt, nec requiri fidem aut gra-

A 3.

tiam,



siam, sed sufficere, non posuisse obicem, hoc est, actuale propositum denuo peccandi &c. XI.

Et paulò post. Inde proverbium illud: Non Sacramen-  
tum, sed fides Sacramenti justificat. Sic circumcision non justi-  
ficat Abraham & semen eius, & tamen Apostolus eam ap-  
pellat signaculum iustitiae fidei. Quia fides in promissionem,  
cui juncta fuit circumcision, justificabat & implebat id, quod  
circumcisio significabat. Fides enim fuit circumcisione præputij  
cordis in spiritu, quam prefigurabat circumcisione carnis in li-  
tera. Sic sacrificium Iacob, plane non eum justificabat, sed fi-  
des, quâ se Deo totum obiulit, quam sacrificium externum fi-  
gurabat. Ita Baptismus neminem justificat, nec ulli prodest,  
sed fides in verbo promissionis, cui additur Baptismus, haec e-  
nim justificat, & implet id, quod Baptismus significat. Fides e-  
nim est submersio veteris hominis, & emersione novi hominis.  
Quare fieri non potest, ut Sacraenta nova, differant ab anti-  
quis sacramentis, habent enim aquæ promissiones divinas, &  
eundem spiritum fidei. XII.

Hæc eò adducta sunt, ut pateat, nec Lutherum, nec quen-  
quam orthodoxū, Sacraenta fidem evançilię opposuisse, qua-  
si sola fides ita nos justificaret, ut ad justitiam & salutem ac-  
quirendam, Sacraenta quoq; non sit opus. Hinc enim seque-  
retur, pari ratione ipsum Dei Verbum ad salutem non esse  
necessarium. Verum id sentit Lutherus, & quicunq; eius ve-  
stigijs constanter insistunt: Solam fidem esse medium & orga-  
non ex parte nostrâ immediate apprehendens gratiam Dei  
& meritum Christi: Verbum autem & Sacraenta esse orga-  
na & instrumenta, que ex parte Dei, gratiam Dei, meri-  
tumq; Christi nobis exhibent, & applicant. Unde patet: Fidem  
non evançilię Sacraenta opponi, sed utræcumq; Sacraenta  
& fidem ordinari, tanquam relata & sese mutuo intuentia me-  
dia, duasq; manus, quarum altera attingit comprehenditq;  
alteram. XIII.

Atq;



Atq; hinc etiam recte concludit Cleennicius, Architectos  
hujus quarti Canonis aliud spectasse hac antithesi; hoc ni-  
mirum, quod necessitatem Sacramenterum, non eò tantum  
referant, quod sint causae instrumentales, per quas nobis  
à Deo offeratur & exhibetur gratia Iustificationis: Sed quod  
loquantur de adipiscenda, seu accipienda gratia Iustificatio-  
nis: Et hoc nolint soli fidei tribui, sed dicunt adjungendam  
esse necessitatem Sacramenterum, & quidem ita, ut fides  
non sola, sed una cum dignitate, seu merito illius operis,  
quod in susceptione Sacramenterum facimus, accipiat gra-  
tiam Iustificationis.

## XIV.

Hinc etiam ea sacramenta Novæ legis appellantant, ut vi-  
delicet sit mutua relatio legis & nostrorum operum: hinc  
etiam votum vocant, hoc est, pollicitationem certi operis  
ad accipendam Iustificationis gratiam.

## XV.

Et hoc quidem Patrum huius Conciliabuli fuisse intentū,  
tum ex Andradio, tum ex Bellarmino liquet. Bellarminus  
enim lib. 1. de Sacr. c. 22. p. 124. hoc modo illorum mentem  
pandit, inquiens: Fides Catholica, non admittit, sola fide ap-  
prehendi, & applicari hominibus gratiam Iustificationis, sed  
vult, ad id necessariò requiri etiā Sacra menta, adeò, ut si fi-  
des in aliquo existat, quamvis maxima, non tamen justifi-  
cet, nisi adsit etiam Sacramentum, vel in re vel in voto.

## XVI.

Quis igitur jam negat, meram esse Sophisticam, nece-  
ssitatem Sacramenterum opponere Iustificationi per solam fi-  
dem? Quis jam neget, Patribus Tridentinis defuisse inge-  
nium, cum in tam paucis verbis, tam multis, tam variis,  
tam intricatas occultare potuerint insidias? verum nos hisce  
Patrum tegatologiq; valere iussis, ad investigationem sta-  
tus controversiae proprius accedemus

Quando



## XVII.

Quando igitur de necessitate Sacramentorum ventilatio instituitur, non est quæstio de adulterinis illis & cōmentitijs Pontificiorum Sacramentis, quæ nullà vel instituzione, vel mandato, vel promissione divina gaudent, sed de iis, quæ verè ac propriè sunt Sacra menta: sc. de Baptismo & Cæna Domini.

## XVIII.

Et quidem in illis non est quæstio de magica aliqua efficiacia, absolute seu essentialiter harente, in ipsis externis Elementis, veluti emplastrum in pixide Φυσικών δύωματι in sese continet sanandi vulnus: non de dignitate, non de merito nostri alicuius operis: Sed quod sint media seu organa, & quasi οχήμata Spiritus S. per quæ Deus offert, fides vero accipit gratiam & salutem.

## XIX.

Quæstione hoc modo formatâ evocatio & enucleatio hujus Canonis non erit difficilis: quæ multa utiliter monebit, & veram reverentiam erga sacramenta in animis nostris excitabit.

## CAPVT II.

## DE NECESSITATE SACRAMENTORVM.

## XX.

Etsi quidem sint non pauci homines, partim phanatici, partim profani, qui, & sentiunt, & clamitant, superstuum & non necessarium esse Sacramentorum usum; præsertim cum Deus per Verbum offerat atque exhibeat, fides etiam in verbo apprehendat & accipiat, non dimidiatum & insufficiens aliquid, sed gratiam, quæ ad salutem necessaria; nos tamen aliter ex Verbo Dei edocti, statuimus & asseveramus; Sacra menta, quæ Deus ipse instituit, ut essent salutis nostræ adminicu-

minicula, nullo modo judicanda esse, vel inutilia, vel supervacanea, quæ securè negligi aut contemni possint.

XXI.

Non minus enim verè quā rectè Augustinus contra Faustū lib. 19, cap. 11. inquit; Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum: & ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas.

XXII.

Quare caussa, qua benignissimum Patrem cœlestem permovit, ut Sacra mentia nobis daret, fuit, imbecillitatis nostræ sanatio, fideiq; corroboratio. Nam Deum quod attinet, offere quidem ille, & exhibet nobis in verbo promissionis suam gratiam, quæ ad salutem est necessaria. Et quidem (sic ut Chrysostomus inquit) Si Angeli essemus, nullo præterea signo nobis opus esset.

XXIII.

Verum cum carnis nostra infirmitas, sapissimè fidem impedit, turbet, distrahet, ac debilitet adeò, ut arduum & admodum difficile sit, ijs, quæ in verbo proponuntur, cum non appareant, firmâ animi persuasione & τληροφορίᾳ inhabere. Hebr. 11. Imò contra spem in spem credere. Rom. 4. atque sic fides nostra, multis adversitatum atque infirmitatum quassetur procellis, & privatæ atque ad individuum personæ pertinentis gratiæ curâ, non raro angatur: Idcirco sensuum adminiculis mens nostra in hac vita vehementer indiget.

XXIV.

Deus igitur φιλάνθρωπός, qui dives est in misericordia, ut divitias bonitatis suæ, nobis ostenderet & commendaret, verbo suo addidit Sacra mentia, quibus συγκαταβαίνει & ad infirmitatem nostram se demittere voluit.

XXV.

Hunc autem morem Deus inde usq; ab initio condit

B

& re-



¶ redemptæ Ecclesiæ servavit, ut verbo suâ voce expresso certa signa, & testimonia quasi sigilla quædam adderet: Talia in primâ Ecclesiâ fuerunt sacrificia, quæ flammâ cælitus de-lapsâ incendebantur, & typum passionis & mortis ventura hostiæ præ se ferebant, testimoniumq; erant reconciliationis in illa hostiæ factæ. In subsequence circumcisio & mactatio agni paschalis accepit. His abolitis in N. T. Baptismus & Cœna Domini successit.

## XXVI.

Instituit autem Deus hac Sacra menta, non eum in finem, ut tantum humana essent spectacula, (ut Gracorum dramata,) aut nuda Symbola, sed ut essent signa & testimonia di-vinae gratiæ, & sigilla Iustitiae fidei: ut Apostolus ea Rom. 4. v. 16. describit, quibus testificetur, quod promissio Evangelij ad singulos illos pertineat; qui fide eam in usu Sacramen-torum amplectuntur.

## XXVII.

Est enim vox promissionis Evangelij generalis: fides ve-ro & usus Sacramentorum, applicant eam ad singulos creden-tes; ita ut quilibet ex credentibus eam, ut privatim ad se etiam pertinentem, apprehendere & sibi applicare possit.

## XXVIII.

Quare Sacra menta, quo ad nos, signa sunt confirmantia fidem erga promissionem Evangelij: quo ad Deum, sunt orga-na seu Instrumenta, per que Deus in Verbo suâ potestia & operacione gratiam promissionis Evangelicae credentibus ex-hibet, applicat, ob-signat, confirmat, auget & conservat.

## XXIX.

Ex hisce fundamentis jam certum, & luce meridianâ clarius est, necessaria esse Sacra menta; Cum ratione infirmitatis fidei nostræ, cui hujusmodi adminiculis opus est: tum ratione institutionis divine: Que enim Deus hoc Consilio & hunc in finem instituit, ut per ea credentibus exhibeat, appli-

cet;



cet, & obsignet beneficia Mediatoris ad salutem : ea certè nec inutilia, nec supervacanea, nec superflua, sed necessaria sunt.

## XXX.

Et hoc sensu nos non inviti concedimus, sacramenta ad salutem esse necessaria, tanquam causam operariorum seu instrumentalem: sed tamen cum hac limitatione, quod non tam præcisa sit necessitas Sacramentorum ad salutem, sicut est fidei & Verbi. sine fide enim nemo potest salvare: & sine Verbo nulla potest esse vera fides Rom. 10. v. 17.

## XXXI.

Verum, si quis ex auditu Verbi habeat veram fidem in Christum, & non concedatur ipsi facultas, ut possit sacramentis juxta institutionem divinam uti: in tali certè casu non est statuenda præcisa necessitas Sacramentorum ad salutem: ut propterea salus illis denegetur, quibus non datur facultas viendi sacramentis; quod exemplo Baptismi constat.

## XXXII.

Baptismi enim usum, non in genere rerum per se indiferentium, sed absolute esse necessitatis; tum ex gravissima illa Servatoris assertione colligitur, ubi inquit: Amen, Amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex AQUA & SPIRITU, fieri nequit, ut regnum cælorum ingrediatur. Ioh. 3. v. 5: tum ex mandato ejusdem: Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, Marc. 16. v. 6.

## XXXIII.

Hæc tamen necessitas non ita accipienda, quasi Christus salutem huic medio absolute alligatam velit, ita ut & in infinitâ suâ, nullisq; legibus astricte gratiâ, DEVS salvare aliquos citra Baptismum non possit: aut quasi Sacramenti huius privatio quemvis damnationi faciat obnoxium: sed quod contemni non debeat, nec omitti, ne, dum negligimus monstrata nobis ad salutem media, ipsorum quoq; beneficiorum Cœlestium Contemtores merito habeamur.

B 2

Est



## XXXIII.

*Est ergo Casus Necessitatis semper hic excipiendus, quem  
huic ordinario regenerationis medio astrictum esse, miseri-  
cordia Dei omnium hominum sicutis salutem, prohibet.  
Nam Deus ad media a se ordinata nos quidem astrinxit, ut  
nobis non liceat alijs medij, aut mediorum deos d'otw p negle-  
ctu salutem querere: suam verò omnipotentiam, infinitamq;  
sapientiam & misericordiam nullis medij devinxit, ut non  
possit citra illa gratiam conferre hominemq; salvare.*

## XXXV.

*Quod primum exemplo Latronis patet Luc. 23, cui in-  
cruce Christum in verbo promissionis vera fide apprehenden-  
ti certè promittitur paradius: licet non daretur ipsi facul-  
tas, ut possit Baptismum accipere.*

## XXXVI.

*Deinde infantium Israëlitorum, qui licet totis qua-  
draginta annis in deserto circumcisi non fuerint, hereditate  
tamen aeternæ beatitudinis non sunt orbati. Dominus  
enim quanto eos favore complecteretur, aperte significat:  
Deut. 2.*

## XXXVII.

*Denique Catechumenorum, qui nondum Baptizati ra-  
piebantur ad supplicia, & martyres siebant: aliorumq; de-  
quibus scriptura asserit, eos vere credidisse, etiam priusquam  
baptizarentur, ut de Cornelio, Lydia, & aliis Act. 10.16. &  
alibi legitur. Qui si per aliquem casum in eo fidei statu fu-  
issent abrepti, iniquam baptizari potuissent: dubium nullans  
est, quin aeternum fuissent salvati.*

## XXXVIII.

*Hinc Augustinus lib. 4. in Contra Donatistas c. 23. scribit:  
Sicut in Latrone, quia per necessitatē Baptismus Corporaliter  
defuit, perfecta salus est; quia per pietatem spiritualiter  
adfuit. Sic etiam cum in Infantibus, vel non circumcis, vel  
non*

non baptizatis fides ipsa prestò est, si per necessitatem de-  
sit, quod Latroni defuit, perficitur salus.

XXXIX.

Hinc etiam pia antiquitas, in hoc articulo necessitatis,  
cum credentes priusquam baptizari possent, vel ad marty-  
rium raperentur, vel morte præoccuparentur, venustè di-  
stinxit Baptismum fluminis, flaminis & sanguinis.

XL.

Baptismum autem fluminis verum Baptismi Sacramen-  
tum appellitarūt. Flaminis, qui Apostolis in festo Pentecostes:  
fidelibus aliis per impositionem manum: Catechumenis  
itē ante Baptismum acceptum in vivis esse desinentibus, ob-  
tigerit. Sanguinis, quo veri Christi Confessores & Martyres:  
quique fuerint tinti.

XLI.

Etsi autem duabus hisce posterioribus Baptismi speciebus  
sensu improprio, translatitio & metaphorico appellationem  
Baptismi à Veteribus tribui manifestius sit, quam ut operosā  
probatione indigeat: Scholastici tamen Doctores hanc di-  
stinctionem postea ita depravarunt, ut quasi dignitas o-  
peris & meriti tanta sit, que virtuti sanguinis Christi in  
Baptismo aequetur, & ejus vicem supplere possit.

XLII.

Item Baptismum Flaminis interpretati sunt, quod tan-  
ta posse in aliquo contrito satisfactio, & caritas esse, ut di-  
gnitas ejus, vicem virtutis Baptismi subeat & suppleat.

XLIII.

Hasce Scholasticorum rancidas & exoletas quisquilijs,  
collocutores Pontificii in Colloquio Ratisbonensi nuper habito,  
postliminiò quasi in theatrum producere, & tanquam crux  
bem recoltam recoquere non sunt veriti: quando Latronem  
crucifixum Martyrem appellarunt, sanguinis Baptismo ablui-  
tum, qui durissimam patienter tolerando mortem, Chri-

A 3.

stumq;

stumq; amoris astu prosequendo, meritorium sibi crucis supplicium reddiderit.

#### XLIV.

Quo in paradoxo etiam cū Antesignano suo Bellarmine belle consentiunt, qui licet (lib. i. de purg. c. 12. fol. 205.) Latronem non appellat martyrem, Veram tamen & perfectam conversionem convenire cum martyrio afferit: nam verò non Sanguinis, sed Flaminis Baptismum appellat, quo uno à collectoribus dissentit, quorū tamen, ni fallor, mentem lingua in Baptismi exprimendo genere prævenit.

#### XLV.

Sed quid quæso nobis, de novo hoc statuendum martyrio? Hoc si placet, quæ cruce, quæ rotæ jam non habebunt martyres? Si enim supplicium Latronis per ipsius conversionem abiit in martyrium, quidni omnes fures, omnes latrones, omnes malefici, qui ob scelera afficiuntur supplicio, se pœnitentiam agant, parimodo dicendi erunt martyres?

#### XLVI.

Ast barda isthac esse, & stolida, & acusata, vix puer est, vel certè in Theologiâ nostrâ vix ita quisquam rudis, quin intelligat.

#### XLVII.

Ilos enim propriè martyres dici constat, quos non supplicium, sed caussa facit martyres; juxta Catholicum illud pronunciatum, quod plane apud Iesuitas exolevit.

#### XLVIII.

Præterea si sceleratissimus quisque (quemadmodū plenis fauibus Iesuitæ eructare non perhorrescunt) qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe duxit, scelus quodcumque zelo suo expiare potis est; quid quæso unico salutis nostræ ἀγχητῷ οὐδὲ τελεωτῷ C H R I S T O facient reliqui, qui solus pro peccatis totius humani generis factus propitiatio atque victima i. Ioh. i. Cujus solius sanguis nos emundare ab omni peccato i. Ioha. i. dicitur.

Non



## XLIX.

Non ergo nitebatur Latro ullo modo suâ passione, aut morte, aut patientiâ in morte, aut sanguinis sui effusione, sed omnem fiduciam salutis habebat defixam in passione, morte, & effusione sanguinis Domini nostri Iesu Christi, Qui VNICA hac sua passione, seu ut Epist. ad Hebr. loquitur, unica hac oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur.

## L.

Hinc rectè Augustinus inquit contra Donatistas lib. 4. c. 22. Latronis exemplum etiam atque etiam considerans, invenio non passionem pro nomine Christi, id, quod ex Baptismo deerat, posse supplere: sed etiam fidem, conversionemq; cordis, si forte ad celebrandum mysterium Baptismi, in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim Latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est: sed dum patitur credidit &c.

## LI.

Ex hoc Latronis exemplo etiam constat, quim sit blasphemum, quim absolum, quam ad prodigium usque monstruosum paradoxon, quod Pontificij Collocutores in collocazione Ratisbonensi nuper ebuccinarunt, afferentes: omnes Christianorum parvulos, vitam cum morte commutantes ante Baptismi perceptionem, aeternum damnatos esse, non obstante DEI misericordiâ, non Christi merito, non Evangelii promissione, non parentum pietate, precibus & lachrymis.

## LII.

Quod impiū ac blasphemum illorū paradoxon nos eadem facilitate, quā ab illis extra scripturam assertum, reiçimus, ac docemus: quod is Deus, qui Iohannem Baptistam in utero matris donare potuit spiritu Sancto & fide, sine ullo prorsus externo medio aut remedio, possit in casu necessitatis hodie  
itidem



itidem sanctificare parvulos, etiam absq; interventu exteri-  
ni medij.

### L III.

Habent enim p̄ij parentes hanc promissionem: Amen  
Amen dico vobis; Q V I C Q V I D petieritis patrem in no-  
mine meo dabit vobis. Ergo quando p̄ij parentes in ejusmodi  
casu suos infantulos Deo commendant, & precantur pro illo-  
rum salute in nomine Christi, dubium nullum est, quin vigo-  
re huius promissionis impetrant, quod velint. Non quod vel  
aliena fides vel intercessio illos salvet, ut Calvinianis vide-  
tur, sed quod fidelium parentum supplicatio spiritum san-  
ctum, fidemq; illis à Deo imperret, quā meritum Christi sibi  
applicant atq; ita suā propriā fide justificantur & salvantur  
Abac. 2. Ebr. II. Rom. 3.

### L IV.

Retinenda igitur hic est, de casu Necessitatis regula Au-  
gustini Contra Donatistas lib. 4. cap. 22. Tunc impletur in-  
visibiliter, cum mysterium Baptismi, non contemtus Reli-  
gionis, sed articulus Necessitatis excludit.

## CAPVT III.

### DE VSV ET EFFICACIA SA- cramentorum.

### L V.

De Vsu & efficacia Sacramentorum, quomodo, seu quā  
ratione offerant, exhibeant, applicent & obsignent gratiam,  
variae hactenus agitatae fuerunt disputationes: aliter enim  
de eo nonnulli ex veteribus Scholasticis; aliter Pontifi-  
cij recentiores; aliter Cingiani; aliter nostri locuti sunt.

### L VI.

In scholasticorum diatribāē decantata olim fuit hac  
sententia: ipsis externis Sacramentorum N. T. Elementis,  
efficaciā

efficacia & vi consecrationis ac benedictionis, veluti vase inclusam, absolute & essentialiter inherere, spiritualem & supernaturalem quandam vim sanctificandi animos hominum, & expellendi diabolos, etiam extra usum institutum. In qua opinione fuere, Alensis, Thomas, Durandus, Hugo & alijs.

## LVII.

In hac imaginatione etiam Cyprianus hæsit: qui Baptismū ab hereticis & malis ministris datum, ideo pronunciat invtilem, inefficacem & irritum, quia tales suis benedictionibus & consecrationibus non possint aquæ ralem virtutem conferre, quæ in animam influat & agat.

## LVIII.

Verum hæc opinio, quantâ cum absurditate, imò blasphemias sit conjuncta, cum nemo tam bardus sit, quin intelligat, nemo tam impius, quin debeat: Idcirco etiam inter scholasticos Doctores non omnibus fuit probata, ut Bonaventura, Richardo & alijs.

## LIX.

Fuerunt præterea inter scholasticos, qui virtutem Sacramentorum in ipso opere, quo Sacraenta vel celebrantur, vel suscipiuntur, constituerunt: Ita ut Sacraenta dicterentur conferre gratiam ex dignitate & merito operis, quod exercet vel ille, qui celebra, vel qui suscipit.

## LX.

Pro hac opinione etiamnum hodiè pontificij & Suitæ tanquam pro aris & focis dimicant: Sicut etiam patres huius conciliabuli tonant ac fulminant, adversus omnes operis istius instructores Sess. 7. Can. 5. & 8. non interim expendentes: quod circumcisionis opus externum, neminem salvarit; quodq; hac ipsa opinio dīg dīa πατερῶν pugnet cum verâ ratione Sacramentorum, quæ sunt Instrumenta, per quæ Deus nobiscum agit, nosq; propter unicum illud iλασμὸν Sacrificium, in gratiam recipit, at non cause efficientes.

C

Recte



## LXI.

Recte ergo Apologia Augustana Confessionis hanc opinionem simpliciter Iudaicam vocavit, nos vero blasphemam ac contumeliosam, quasi per ceremoniam justificemur sine bono motu cordis, hoc est, sine fide, quâ sine Deo placere impossibile, Rom. 14. v. 23. quâ sine promissio omnis inutibus Ebr. II. v. 6.

## LXII.

Quemadmodum autem in excessu et negligencia impi Scholastici, & nostra etatis Pharisæi Esauitæ peccant: Sic etiam quidam hoc nostro seculo, dum hæc pontificias opiniones vehementius refutare voluerunt, nimium deflexerunt in sinistram partem, ut Calviniani, Anabaptista, Enthusiastæ, Suencfeldiani, & alii; qui omnem Sacramentis vim ademptam volunt, ita ut ne quidem organa sint nobis dispensantia aut exhibentia Christi gratiam.

## LXIII.

Quidam enim ex illis disputatione, Sacra menta nihil aliud esse, quam signa & notæ Christianæ Confessionis; non nulli censuerunt esse tantum Christianæ societatis symbola, quibus ad mutuam communicationem officiorum excitemur & obstringamus; alii in Vju Sacramentorum nihil aliud spectari vsluerunt, quam solas allegorias seu significations Christianæ mortificationis, regenerationis, vivificationis, & Spiritualis alimonia; Sunt, qui videri volūt, de Sacramentis honorifice sentire, & tamen docent, Sacra menta esse signa gratiae aut jam collatae, aut post multos demum annos conferenda.

## IXIV.

Et sane occurruunt passim in hominum istorum fanaticorum scriptis multæ aliae opinione de hac eadē questione; Verum, si quis eas omnes ad vivum resecare, aut sub refutationis limam revocare vellet, is merito Augie stabulum expurgare videri posset.

N<sup>o</sup> 3

## L XV.

Nos antiquum illud, Hæretorum errores recitare est refutare, hic observabimus, & cum passim Confessio Augustana & Apologia, partim vero liber Concordiae, alias nostrorum scripta passim confutationis penso præclare sint functa; hic brevi earum delineatione contentierimus.

## L XVI.

Hæc autem ideo recensuimus, ut ex antithesi vera sententia rectius intelligatur: In primis vero ideo, quod Pontifici & Iesuitæ passim in suis de hac questione disputationibus & scriptis fanaticas Anabaptistarum, Suencfeldianorum, & Calvinianorum instar vulpium Samsonis coherentium opiniones per insignem injuriam nostrarum Eccliarum Confessioni affricare non erubescant: cum tamen Augustana Confessio sententiam suam ex verbo veritatis exiructam diserte sejungat à prophanis fanaticorum opinionibus.

## L XVII.

Sic enim habet Confessio nostra de usu Sacramentorum: Quod Sacraenta instituta sunt, non modo ut sint nota professionis inter homines; sed magis ut sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his, qui utuntur, proposita.

## L XVIII.

Quibus verbis utrumque scopulum declinat: ut enim prioribus se à factione Sacramentariorū & Cohorte Anabaptistarum Sacramentariis hac in parte ὁμοθύρων sejungit; ita posterioribus attestatur sibi nihil commune esse cum insulso Pontificiorum commento de opere operato.

## L XIX.

Vult autem Sacraenta nequaquam esse nuda aut mortua symbola, sed esse media seu organa, quibus veluti vehiculo se suasy, caelestes gratias in nostra corda Deus immittit, & quibus amictus animis nostris se insinuat, & effi-

B 2 caciter



caciter vel fidem operatur & confert, vel collatam exusciat & auget. Vnde recte in decreto dicitur: Per Sacra-  
menta Iustitiae fides vel incipit, vel incepta augetur,  
vel amissa reparatur.

## LXX.

Hujus affirmati veritas nititur perspicuis sacrarum  
literarum oraculis extra omnem dubitationis aleam positis:  
ut quod Baptismus vocatur Lavacrum regenerationis & re-  
novationis Spiritus sancti Tit. 3. v. 5: quod bona conscientia apud Deum stipulatio, r. Petr. 3. v. 21: quod promise-  
sio diserte addita, qui crediderit, & baptizatus fuerit, sal-  
vus erit, Marc. 16: quod denique ipse Servator eum expre-  
sse ταλιγγεσιας medium constituit, Ioh. 3. v. 5. cui calculi  
addunt Apostolorū Coriphai Petrus & Paulus, Act. 2. v. 38.  
Eph. 5. v. 26. Rom. 3. v. 6. Galat. 3. v. 27.

## LXXI.

Hac manifestissima Spiritus sancti oracula seu testimonia,  
qua diserte Sacramentis efficaciam tribuunt, & qualis  
ea sit exponunt, ut negari non possunt; ita eludi, aut per  
tropos perverti à simplici & genuina significatione, quam  
propria vocabulorum notio prabet, non debent.

## LXXII.

Ex illis enim mens pia orthodoxe & infallibiter sic  
concludere potest: Si per baptismum verē regeneramur &  
renovamur: Si à peccatis mundamur & salvamur: si verē  
justitiae sigillum & ἐπερωτήμα stipulationem bona conscientia  
accipimus, si Christum induimus: si per eundem fides  
excitatur & confertur, ut testimonia citata clare testantur;  
ex αὐτούς sequitur, Baptismum non nudum duntaxat esse  
signum vel symbolum, aut iam collate, aut post multos de-  
num annos conferenda gratia, neque testimonia hac im-  
propriè seu τροπολογικώς esse accipienda, sed P.R.O.P.R.I.E.  
sine figurato & variato rationis nostra sensu, nisi Aposto-  
licam.



381.

licam hanc doctrinam non ex semisse cum adversarijs, sed  
ex aſſe cum orthodoxis ſequi velimus.

LXXXIII.

Praterea veteres quoque testimonia hec ſimpliceret,  
ſicut ſonant, intellexerunt: Auguſtinus enim contra Fa-  
ſtum lib. 19. c. 16. Sic de corporali baptiſmi actione & de  
ſono verborum promiſſionis inquit: Hac omnia ſiunt &  
tranſeunt, ſonant & tranſeunt: Virtus tamen quæ per il-  
lam operatur, jugiter manet: & donum ſpirituale, quod per  
iſta inſinuatur, eternum eſt.

LXXXIV.

Idem in Levit. queſt. 84. Dominus dicit: Ego ſanctiſi-  
co Aaronem, & Moysi dicit: Sanctificabis eum. Quomodo  
ergo & Moyses ſanctificat & Dominus? Non enim Moyses  
pro Domino, ſed Moyses viſibilibus sacramentis per mini-  
ſterium ſuum. Dominus autem in viſibili gratiā per ſpiri-  
tum ſanctum: Vbi eſt totus fractus & omnis utilitas etiam  
viſibilium sacramentorum.

LXXXV.

Idem tractatu in Ioh. 30. inquit: Quare non ait Christus,  
Mundi eſti propter Baptiſmū, quo loxi eſtiſ: ſed ait, propter  
Verbum, quod locutus ſum vobis? Niſi quia & in aqua verbū  
mundat. Detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua?  
Accedit verbum ad Elementum, & fit sacramentum etiam  
iſum, tanquam viſibile verbum: & mox: Vnde iſta Santa  
viſ aqua, ut corpus tingat, & cor abluat: non quia dicitur,  
ſed quia creditur.

LXXXVI.

Hacce ſententias propterea huc ex Auguſtino adſcri-  
piſimus: quia non tantum tribuunt sacramentis virtutem  
ſeu efficaciam, ſed ſimil etiam oſtendunt & explicant, quo-  
modo



modo seu quaque ratione sacramenta dicantur conferre gratiam,  
sicut in sequentibus planum fiet.

### LXXVII.

Ceterum hujus questionis explicatio, quomodo sacramenta gratia conferre dicantur, non erit obscura neque difficultis, si probè attendantur haec dua distinctiones: primum, quomodo Deus gratiam conferat, & quomodo Sacra menta eadē conferre & non conferre dicantur.

### LXXVIII.

Confert enim Deus gratiam suam, conferunt & sacramenta, sed non pari aut eadem ratione. Veroque quidem sed non pari modo loquitur Scriptura: sic Baptismus nos salvos facere 1. Petr. 3. v. 21. & Deus salvare per Lavacrum regenerationis Tit. 3. v. 5. Baptismus ablueret peccata. Act. 22. v. 16. & Christus mundare Ecclesiam in verbo. Eph. 5. v. 26. dicitur.

### LXXIX.

Verum hic observandum, quam accurate Scripturae verba sint posita: Vbi enim Petrus dicit Baptismum nos salvos facere & esse stipulationem bona conscientie erga Deum, statim subjicit per resurrectionem Christi. Sic, quando Paulus Baptisma vocat lavacrum regenerationis, illud ita declarat: Deus secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Unde intelligitur, Deum & Christum esse solum αγαπήν καὶ τελεωτήν nostrae salutis, baptismum vero solummodo esse organon operationis divinæ.

### LXXX.

Nam si quis ulterius querat, unde baptismus hoc habeat, quod sit Lavacrum regenerationis? Respondet Paulus: Est lavacrum regenerationis spiritus sancti. sicut & Christus dicit Ioh. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.

spiritu, &c. Quomodo verò? Per Iesum Christum Salvatorem nostrum, ut ipsius gratiâ justificati heredes simus Vitæ aeternæ. Rom. 6.

### LXXXI.

Duplex ergo est causa agens, teste Thoma part. 3. quest. 62. art. 62. Q. 1. Principalis & Instrumentalis. Illa agit per virtutem suæ formæ, & hoc modo causa salutis solidi Deo ascribenda est. Hec duntaxat agit per motum, quo movetur ab agente principali, id est, agit ex divina ordinatione ad gratiam organice conferendam.

### LXXXII.

Quando erga queritur, quid sacramenta prosint, conferant & operentur, idem est ac si queratur, quid πανάγιος τιμὴ in sacramentis & per sacramenta operetur, donet, conferat & efficiat.

### LXXXIII.

Per Baptismum enim ipse Deus pater propter filium Mediatorem applicatione & ob-signatione promissiois gratiæ nos salvat Tit. 3. v. 5. ipse Filius nos sanctificat & mandat. Eph. 5. v. 25. ipse denique Spiritus sanctus nos regenerat. Ioh. 3. v. 6. ut in mortem Christi baptizati Rom. 6. v. 3. & Christo per Baptismum induiti. Gal. 3. v. 17. remissionem peccatorum habeamus. Act. 2. v. 38.

### LXXXIV.

Idem plānē etiam Augustinus sentit & loquitur in illis sententijs, quas supra citavimus. Tribuit enim sacramentis vim & viriutem: sed addit declarationem, divinam virtutem per Sacra menta operari, ita ut Moses ministerium adhibeat, Dominus vero per illud ministerium invisibili gratiâ per spiritum sanctum sanctificet. Et in illa invisibili gratiâ sanctificationis per spiritum sanctum affirmat esse totum fructum & omnem utilitatem visibilium sacramentorum.

Altera



## LXXXV.

Altera verò distinctio quæ ad pleniorē hujus questionis declarationem facit, est hæc: quod duplex sit in hac doctrina causa legavitur seu instrumentalis: Una respectu Dei offerentis, altera respectu hominis accipientis.

## LXXXVI.

Illa dicitur est manus scilicet prædivitis Dei, quâ suam gratiam, meritam filii, totamq; salutem animarum nostrarum per Sacra menta nobis offert, exhibet, confert & applicat. Hec verò dicitur est, quæ gratiam Dei & omnia beneficia Christi, passione ac morte acquisita, & sacramentis à Deo oblata & promissa querit, apprehendit & applicat, & illa est fides, quæ accedat necesse est, si Vxus sacramentorum salutaris esse debeat.

## LXXXVII.

Non enim talis singenda est sacramentorum efficacia, quasi Deus per illa infundat & imprimat gratiam ad salutem etiam non credentibus seu accipientibus: sicut quidam opinati fuerunt etiam vetustis temporibus: ut Augustinus recitat de Civit. lib. 21. c. 25, & quidam adhuc hodie somniant Pontifici.

## LXXXVIII.

Sed sicut de Verbo Paulus dicit: Evangelium est potestia Dei ad salutem omni credenti. Rom. 1. v. 16. Et Hebr. 2. v. 4. Non profuit illis sermo non admixtus fidei: Ita de sacramentis, quiasunt verba visibilia & sigilla promissionis, Christus dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.

## LXXXIX.

Præterea probat veritatem hujus dogmatis etiam id, quod Apostolus non usum solum Sacramenti, sed in utente dignitatem precipue & sui probationem disertè requirit, addita comminatione gravissima, si vacuuus utraq; ad usum Sacramenti sese quispiam ingerat 1. Cor. 11. Quæ potest autem



autem esse major dignitas, quam si in fide Christi simus: quæ melior probatio, quam si ipsi probemus nos, utrum in fide simus. 2. Cor. 13. v. 5.

## XC.

Deniq; illud etiam inde patet, cum Sacra menta sint addita promissionibus Evangelii tanquam sigilla; consequēs est omnino, ut quæ admodū promissionē fide accipi necesse est: ita in usu Sacramentorū fides accedat, quæ promissiones Evangelii de gratiā itidem intueatur. Hinc vulgata illa Regula: Non Sacramentum, sed fides Sacramenti justificat; & quod Augustinus dixit: Sacra menta non quia sumuntur, sed quia creduntur, sanctificant.

## XCI.

Porrò sic hoc accipiendo, ut non quidem ante omne Sacramentum, sed in omni Sacramento fides requiratur, & quidem non aliena, sed propria fides. Quod primum propter Sacramentarios admonere opera pretium est, qui infantes, licet baptizatos, fide tamen destitui asseverant, quam dum ex auditu nondum hauserint, nullam ad usum Sacramenti secum afferre potuerint.

## XCII.

Deinde propter Iesuitas, qui infantes non suā, sed alienā fide, nimis Ecclesiae baptizari contendunt, ita ut per eorum credant fidem, ora, corda à quibus offeruntur. Bellarminus lib. 1. de Bapt. c. 9. & 11. Rutlandus in Comp. de Bapt. Costerus in suo Euch. Bella scilicet fides, aliena fides! Iustus enim non alienā, sed suā (suā) fide vivit, Rom. 4. v. 24. Hebr. 2. v. 4.

## XCIII.

Nos igitur asseveramus; Infantes quidē ad Sacramentū fidem non afferre, sed propriam fidem in omnibus & singulis per Baptismum aqua, tanquam constitutum regenerationis lavacrum atque organon, in ipso Sacramenti usu

D. — Virē



verè accendi & excitari, idq; afferimus, non humanā innatā  
authoritate, sed firmissimis suffuti rationibus scripturæ: Nā  
1. dum Baptismus operatur regenerationem, operatur quoq;  
fidem, cum nec fides à regeneratione, nec hac ab illâ, vel  
momentum separari possit. 2. Quotquot baptizati sunt, Chri-  
stum induerunt, Gal. 3. v. 26, quod de infantibus nā dicitur  
verum est. At qui Christum induerunt, sunt in Christo. In  
Christo autem nemo est sine fide, Eph. 2. v. 8.

## X CIV.

Quamvis autem nec mihi nec tibi facile constet, qualis  
sit illa fides, quā credunt infantes, tamen nec ideo vel à te  
vel alio quovis debet negari. Nam & illam Iohannis fi-  
dem, quam in utero matris habuit, quis nostrum explica-  
bit, & tamen eam credimus? Credunt ergo infantes, &  
nos nisi crediderimus sicut illi, non poterimus intrare in  
regnum cœlorum, Matth. 18. v. 3. Hinc Christus ipse infan-  
tibus fidem aperte assignat, Matth. 18. v. 6. cum ait: qui  
in me credunt.

## X CV.

Quod autem mirus ille Romane Thaidis Parasitaster  
**TANNERVS** in Colloquio Ratisbonensi Sess. 12. instantilem  
à nostris defensam fidem paradoxum vocitavit, quia alias  
miselli infantes, si crederent, sacrilegio seipso obstringerent,  
quando manibus pedibusq; Baptisi fontem aver-  
santur (quam tamen ratiunculam ex sua gentis Triario  
Bellarmino hausisse ipsum video tib: 1. de Bapt c. 11. f.  
71); Id sane, quō virginis Spiritu Sua ille ducatur; sa-  
uis superq; testatur, illiusq; stultitiam & stoliditatem suf-  
ficienter manifestat.

## X CVI.

Evidem subringi videntur non omnes, sed quidam  
infantes: quid vero tum? Scilicet cum externā membro-  
rum agitatione stare fides in corde nullatenus potest, &  
sine

sine rationis usu fides existit nunquam? Hoc malaogum:  
 Quis enim unquam per summum Deum dicet, sine fletu &  
 corporali renitentiā peractum fuisse circumcisionis rigorem,  
 qua tamen fuit σφαγις δικαιοσύνης τῆς πίσεως Rom. 4. v. 4.  
 Et quis vel ideo fidem denegabit iis, qui iam sunt in ago-  
 ne constituti, dum motu naturali ob morbi vehementiam  
 varie feruntur? Si enim fidem impediunt illi motus ex  
 naturae sensu eliciti, quanto magis impeditur fides in  
 morte hominis: quis ergo tandem salvabitur? quo vos ru-  
 is Esauite?

#### XCVII.

Adhac si motus & gestus illi impediunt fidem: im-  
 pedient utiq. & regenerationem. Nam regeneratione & fides  
 ita sunt à se invicem connexa, ut ne ad momentum quidem  
 à se invicem possint distrahi. Sic ergo ne quidem regenera-  
 buntur infantes in Baptismo contra manifestam scripturam.

#### XCVIII.

Denique contra hanc nostram sententiam de efficacia  
 & usu Sacramentorum objicitur, quid baptismus contulerit  
 Cornelio, qui gratiam accepit & habuit ante Baptismum,  
 Act. 10. v. 44. Item que fuerit efficacia & virtus circum-  
 cisionis in Abraham, qui Iustitiam fidei habuit ante cir-  
 cumcisionem. Rom. 4. v. 3.

#### XCIX.

Verum ad hæc omnia expedita & solida hæc est re-  
 sponsio: 1. Ab exemplis illis extraordinariis non sumen-  
 dam esse regulam generalem de efficacia Sacramentorum.  
 Illa enim sumi debet ex institutione Sacramentorum & ex  
 promissione que illis annexa est. Deinde differre objecta  
 personarū, quibus Sacraenta exhibentur. Sunt enim infan-  
 tes in Ecclesia, qui carent usu rationis: sunt deinde adul-  
 ti, qui ejusdem jam sunt compotes: Vtrisque Sacraenta  
 gratiam & fidem conferre, causæq. justitiae esse dicuntur;

D 2

Illis



Illiis quod ad primicias, his quod ad incrementum donorum  
gratiae.

## C.

Sic et si Abrahamo non de novo conferebantur dona regenerationis per circumcisionem: nihilominus tamen erat ei circumcision organon conferens respectu augmenti & confirmationis fidei, ceterorum donorum, quae cum regeneratione coherent. Nam dubium non est, quin fides ejus, mediante hoc Sacramento, mirifice fuerit aucta & locupletata. Parvolorum vero multi alia fuit ratio, qui ordinarie non erant justificati, vel regenerati ante perceptam circumcisionem: Sed in circumcisione demum recipiebantur in foedus, cuius antea fuerant exortes. Itaque illis gratia Dei de novo plane conferebatur per circumcisionis sacrum, & simul obsignabatur collata. Idem de Baptismo Cornelii sentendum.

## CI.

Et haec quidem distinctio non est recens commentum. Nam ipse Augustinus contra Donatistas lib. 4. c. 24. tale ferme discrimen constituit inter circumcisionem Abrahe, & quam Isaac octavo die accepit: Item inter Baptismum Cornelii & infantum.

## CII.

Non igitur otiosa fuit circumcision Abrahamo, neque baptismus Cornelio, quemadmodum Sacramentarii calumniantur, quasi nudat tantum signa fuerint. Deus enim gratiam: in hac vita non semel ita confert & exhibet, ut statim sit absoluta & consummata: Ita, ut dum in hac vita sumus, Deus nihil amplius velit exhibere & conferre, & homini nihil amplius opus sit a Deo accipere, sed Deus semper donat, & homo semper accipit, ut magis magis plenus & perfectius Christo conjugamur, remissionem peccatorum seu reconciliationem firmissim posse deamus ac teneamus: utq; inchoata immobis beneficia redemptionis conserventur, confirmentur, crescant.



crescant & augeantur. Internus enim seu novus homo renovatur de die in diem, 2. Cor. 4. v. 17. Et transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu, 2. Cor. 3. v. 18.

### C III.

His ita enucleatis atque explicatis reliquum est, ut ex imen trium sequentium Canonum juxta infallibilem ac verè Lydium omnium doctrinarum lapidem, sacram vi- delicit scripturam, instituamus. Quintus autem Canon sic habet: Si quis dixerit, Sacraenta propter solam fidem nutriendam instituta esse, anathema sit.

### C IV.

Divus Lutherus in Libello de captivitate Babylonica hanc ponit propositionem: Omnia Sacraenta ad fidem alendam sunt instituta. Quam propositionem, cum paterculi hujus conventiculi per detestandam audaciam anathematis fulmine (bruto tamen) percutere ac ferire velint, diligenter hic perpendendum ac probè ponderandum, quam astutè, quād callide hoc attinent, & quibus tandem sophis uas, quibus imposturis armati, hoc in actum producant.

### C V.

Personabat olim in Ecclesia Romana tale dogma: Sacraenta Novæ legis tanta esse præstantia, tanta dignitas, tantaq; efficacia, ut gratiam, quam vetera Sacraenta tan- tum ad ambrassent, hac re ipsa conferrent, idq; ex opere operato, dummodo obex non poneretur.

### C V. I.

Hujus dogmatis geminata fuit questio, una de fructa atque efficacia: altera de usu Sacraentorum. De illâ Pon- tificii sentiebant, Sacraenta per se atque immediate gratiam conserre; de hac usum solum corundem prodesse. Utrumque erroris perstringebat Lutherus & conjunctu itidem

D 3.

utriusque



atiusq; questionis sensu docebat; sacramenta non aliter conferre gratiam, quam verâ fide, quæ veræ pænitentia individuus comes esset, usurpatâ. Sicut idipsum ex verbis Lutheri suprà adscriptis ad oculum fuit demonstratum.

### CVII.

Hanc verissimam Lutheri doctrinam, quæ est ipsissima Scripturæ sententia Synodus Tridentina, pro suo, quod in scriptura sibi arrogavit, censorio supercilie non simpliciter vult damnare, sed anathematisare (veretur enim ipsarum aurium in piis judicium, si aperte anathema dicat huic doctrinæ). Idecirco truncatim & mutilatim Lutheri propositionem proponit, eamq; ita pingit ac fingit, quasi sentiat, hunc solum esse Vsum Sacramentorum, ut tanquam picturæ & spectacula externa commonefactio fidem excitent ac nutriant: ipsa autem fides in usu Sacramentorum nihil accipiat, sed speculatione suâ alibi circumvagetur. Cum tamen sole meridiano clarus ex scriptis Lutheri constet, cum in sacramentariis serio impiam hanc ac profanam sententiam improbase, semperq; toto pectore detestatum fuisse.

### CIX.

Quare nihil aliud agunt Patres Tridentini, quam ut, dissimulata verâ Lutheri sententiâ, sycophantico artificio Lutheri disputationem de mutua inter sacramentum & fidem relatione odiosam atque inuisam reddant imperitis, & ut fidem ex vero & salutari Sacramentorum Usu expungant, eliminent & ad extremos usque Garantes relegent. Cuius rei evidens testimonium est, quod in omnibus hisce Canonibus ne unicâ quidem syllabâ ad salutarem Sacramentorum usum fides requiratur: sed quid omnia anathemata crepent proscriptionem & deportationem fidei ex salutari Sacramentorum usu. Quis igitur ja neget, i signes fuisse Sophistas architectos decretorum hujus Concilii abuli?



## CIX.

In sexto Canone collationem gratiae sine discrimine omnibus suis, quae numerant sacramentis, arrogant. Cum autem variae sint disputationes, quomodo sacramenta gratiam conferant: ipsi simpliciter sine declaratione decernunt, sacramenta conferre gratiam, ita ut nulla tam impia, tam absurdum, tam blasphemam apud Scholasticos occurrat opinio, quam illi non liberam & integrum permittant.

## CX.

Quod ad septimum Canonem attinet; Deum per promissionem sacramentis annexam, tantum illudere hominibus, ita ut etiam si ritè quis ea suscipiat, non tamen semper & omnibus, qui fide sacramentis utuntur, exhibeat gratiam: neminem tam bardum, tam & deop esse arbitror, qui ab impiâ hac & profanâ sententiâ non abhorreat. Verum latet hic anguis in herba! Patres enim Tridentini hisce verbis; (Si ritè ea suscipiant) humanas devotiones & dispositiones, quibus homo se dignum reddat, cui Deus sacramenti gratiam conferat, stabilitate nituntur. CXI.

Nos quidem requiri in adultis legitimam dispositionem, ut digne accipiantur sacramenta, cum apostolo paulo asserveramus: Verum qualis illa sit & esse debeat, legimus Act. 8. v. 37, ubi Eunuko philippus dicit: Si credis ex toto corde, licet tibi baptizari. Item Act. 2. v. 38, ubi petrus ad iudeos dicit: Panitentiam agite & baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum. Sic Marc. 16. v. 16. inquit Christus: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Sic etiam a iohanne baptizantur confitentes peccata, Matth. 3. v. 6. Unde liquet, quod in scriptura nulla alia vel dispositio vel probatio requiratur, quam si probemus nos uitrum in fide simus. 1. Cor. 13. v. 5. CXII.

Pontificis vero ejusmodi dispositionem vel probationem, qualcum nolis sacra scriptura describit, interiorem videbis



Uicet pænitentiam, quæ verâ & salvificâ fide constet, non admodum vel curant, vel urgent in usu sacramentorum: sed alias dispositiones è cisternis humanarum traditionum haustas proponant, illisq; promittunt collationem gratiæ, ut videre est apud Bellarminum, Cosserum, Thomam & alios.

### CXIII.

*At dicat quis!* Robertus Bellarminus lib. I. de sacr. in gen. c. 2. p. 9. Item lib. 2. c. 1. p. 177. disertè affirmat, pontificis falso tribui, quod dicant & statuant non requiri fidem & pænitentiam in usu sacramentorum.

### CIV.

Verū respondemus: *Etsi quidē Bellarminus & alii Pontificii asserant, fidem requiri in usu sacramentorum: intelligūt tamen non eam fidem, quā iustum scriptura vivere testatur, sed quæ etiam in impiis & impenitentibus, imo ipso diabolo esse potest, hoc est, fidem historicam & generalem damnatā speciali.* Testimonia vero supra citata in usu sacramentorum requirunt non quamvis fidem, non historicam illam solam, quæ assensum Christo circa institutionis verba prebeat: sed fiducialem illam, quæ generalem gratiæ permissionem sibi in individuo applicet, quæ fides specialis πεποίησις & παρέκκλισις, Eph. 3. v. 12. ὑπόσατις Hebr. 11. v. 1. πληροφορία Rom. 4. v. 28. vocatur.

### CXV.

Hæc vero cum Bellarminus reiiciat atq; damnet; sequitur nihil cum aliud agere, quam ut incautiores, quos præcipue phrases illæ sophistica latent, decipiatis, hominibusq; impeditis fumos venditet. Et hæc de tribus Tridentinae Synago-  
ga decretis sufficiat dixisse.

### FINIS.



99 A 6902



PA>OC

Retro

VDTA





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

